

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 56. Nonò, ex eo quòd laudatis Patribus concinant Innocentius I.
Gregorius Magnus, Cæcarius Arelatensis, Ivo Carnotensis, Bernardus,
Thomas Cantuariensis, Thomas Villanovanus, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

demonstres, sintne compundi, sintne in melius com-
mutati, & res tota confecta est.
853 Septimo, S. Augustinus homil. 41. inter 50.
vite mutationem cum laudatis Patribus adeo ne-
cessariam confit, ad ferendum judicium è veri-
tate pœnitentia, ut sine ista mutatione ipsam re-
putet irrisoriā, semelque relatiū, longo illo
tempore, quo pœnitentia tempus olim decurreba-
tur, neget esse verum pœnitentem: *Pœnitentes,*
pantentes, pœnitentes, si tamen estis pantentes,
*& non irridentes, mutate vitam. Si ergo panten-
tes facis quia male fecisti? si fecisti pantest, nos
facere. Si adhuc facis, certe non pantes, judicio
utique Ecclesia. Quia in te non apparent indicia,
quibus Ecclesia probetur tua pœnitentia. Ad hoc
quippe tibi tempus illud Ecclesia præfixit, ut di-
gnis pœnitentia fructibus, præfertim emendatione
vita, ipsi satisfacias, id est probes te verè esse
conversum, ut docet Enchirid. cap. 65. *Quia plerique
dolor alterius cordis occulit est alteri, ne
que in aliorum notitia per verba, vel aliqua signa
(ipsum satis probant) procedit... recte consi-
untur, ab iis qui Ecclesia præjunt, tempora pœ-
nitentia, ut fiat talis etiam Ecclesia, in qua re-
mittuntur ipsa peccata.**

854 Octavò, si Augustinus credidisset pœnitentiam Ecclesiæ Ministris satis probari verbis, vel lachrymis sterilibus pœnitentis, sine aliis pœnitentia operibus, credidisset eam satis probari tolis sine fructibus (verba quippe sine operibus ferm. 44. de verb. Dom. ab ipso vocantur *folia sine fructibus*, dum Iudei habentes verba legis, & facta non habentes, ab ipsis dicuntur *folia plena*, & *fructus non habentes*.) At verò non creditus Augustinus, pœnitentiam Ecclesiæ Ministris satis probari folis sine fructibus. Cùm ejusmodi pœnitentiam (ut pote sterilem, non fecundam) ferm. 50. de tempore confiterit in sufficientem ad veniam peccatorum. *Dilete qui intellexistis: corrigitimi si doluisse. Quandiu laudare, & non facere? Verum ej (in
quis) quod Veritas dicit, nihil verius. Fiat ergo
quod verum est. ... Testatus Veritas per Joannem ... facite fructus dignos pœnitentie ... jam
enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis
ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur,
& in ignem mittetur. ... Quisquis ergo istos fructus
non fecerit, sine causa putat per sterilem pœ-
nitentiam se mereri veniam peccatorum. ... Pa-
ram ej (itaque recederet a peccatis, si præterita cu-
rare neglexerit; sciat scriptum est: Fili peccati
ne adicias iterum. "Et ne hoc solo securum se effe-
puares, " & de prælinis (inquit) deprecare, ut
tibi dimittantur. " Sed quid proderit deprecari, si
te non dignum feceris exaudiri, non faciendo fructus
dignos pœnitentie, ut tanguam sterili arbor
excidiar, & in ignem mittaris?*

855 Nonò, si statim atque peccator animi compunctionem verbis manifestat, live ore dicit se dolere, emendationemque proponere, secundum Augustinum maturus esset absolutioni, cœlstant rationes quas allegat enarrat in Pifal. 6. ad illa verba: *Sed tu Domine n'quequid? Ubi loquenter inducit peccatorem animam, dñi luctantem cum mo-bis suis; dñi dilatam à Medico, ut ei persuadeatur in que mala se peccando precipitaverit. Anima quippe illa, cum aliqua cordis amaritudine, jam autem dixerat: Domine ne in furore tuo argua me, neque in ira tua corripias me. Misere mei Domine, quia infirmus sum. Sara me Domine, quoniam conturbata sunt off' mea. Et anima mea turbata est valde. Augustino tamen teste, anima ita nondum tam perfecit orabat, ut ei dici posset: Adhuc lo-
quente dicam, ecc adsum; id est pœnitentia ipsius nondum matura erat absolutioni, sed absolutione ipsius adhuc erat differenda, ut ei persuadeatur in que mala se peccando precipitaverit. Et quia quod*

Tom. III.

facile sanatur, non multum cavitur. Et iterum, quia ex difficultate sanationis eis diligentior custodia accepta sanitatis. Ita (inquam) Augustini rationes cœlstant, si Sacerdos credere deberet pœnitentem satis dispositum ad absolutionem, statim atque hoc verbi exprimit, dum manifesta ratio non appetit in contrarium. Ob facilitatem quippe absolutionis peccator non multum caveret peccatum, sed ad illud cavendum negligenter fieret. Nec ipsis persuaderetur in quæ mala se pœcando precipitaverit. Siquidem ex facilitate illa potius tibi persuaderet levitatem quam gravitatem pœnaruim, que ipsum manerent. Nihil ergo roboris forent rationes Augustini. Quod cum dici nequeat, conseqvens est Augustinum prorius alienum esse ab illa facilitate, ampliusque ad absolvendum postulare, quam folia verborum. Imò vita emendationem requirit: *Non audio quid sonet (ait tr. 3. in epist. Joan.) sed video quid vi-
vat.*

C A P U T L V I .

*Nono, ex eo quod laudatis Patribus corcianant
Innocentius I. Gregorius Magnus, Cæsarius
Arelatensis, Ivo Carnotensis, Bernardus
Thomas Cantuaricensis, Thomas Villanova-
nus, &c.*

*S*iquidem Innocentius I. epist. 7. *Sacerdotis (in- 855
quit) est judicare, ut attendat ad confessionem
pœnitentis (non tamem ad eam foliam) sed & ad
lachrymas corrigenti (nota ly corrigenti) ac tun-
jubere dimitti, cum viderit congruam satisfac-
tionem, id est dum sibi satis probata fuerit conversio
ipsius, sive ut Leo I. ait epist. 79. c. 6. dum con-
versorum animos perpèxerit esse devotos. Neque
enim pensanda est pœnitentia quantitate temporis
(ait Concilium Cablonense sub Carolo Magno
c. 34.) sed ardore mentis, & mortificatione corpo-
ris.*

*Sed nihil expressius, quam quod Gregorius Mag- 859
nus ait lib. 6. in cap. 15. libri 1. Reg. *Signum
veræ conversionis non est in oris confessione, sed in
afflictione pœnitentie. Tunc namque bene conver-
sus peccatorem vernus, cum digna afflictionis au-
ferentia delere nititur, quod loquendo confitetur.
Et infra: in fructu ergo, non in foliis, aut ramis
pœnitentia cognoscenda est. Confessionis ergo verba,
quid sunt aliad nisi folia?**

*S. Cæsarius ferm. 57. (qui extat to. 5. operum 860
S. Augustini in Appendice edit. noviss. ferm. 256.)
loquens de pœnitente, qui operibus pœnitentiam
non ostendit, Ego timeo (inquit) ne fortè iste talis
pœnitens, nec in conscientia sua habuerit, quod in
operibus non ostendit. Quia est id non sit manife-
sum, quia cor videre non possumus; tamen secundum
Evangelican sententiam, "ex fructibus eorum
cognoscetis eos, " dum ea quæ supra scripta sunt
(restitutione malè raptorum, reconciliacionem
ex toto corde cum inimicis, clemotypnam, &c.)
implere penitus non videamus. Cùm hoc ita sint,
quis nos poterit prohibere, ut eam credamus non
bene de hac luce migrasse, quem bona opera cog-
noscimus non fecisse? Ecce quid mibi de subita
ne pœnitentia videatur, caritati vestra exposui, &c. Et ferm. 59. in Append. 258. Qui non
erubuit pœnitenda committere, citid in se bonis o-
peribus contundat Dei imaginem reparare, ut inter
filios mereatur agnosciri a Patre: ne ab illa æ-
terna beatitudine exclusus, & a convivio nuptia-
li projectus, ligatis manibus & pedibus, projici-
tur in tenebras exteriores, &c.*

Ivo Carnotensis epist. 228. Edit. Paric. anni 1610. Quarit Fraternitas Tua, quomodo conve-

Ti 2

mant inter se Prophetica sententia, que dicit: „In quacumque hora peccator ingemuerit, sal-
lus erit.“ Et Symodalis, que peccata sua confi-
entes aliquandiu à corporis & sanguinis Christi
communione suspendit. Repugnare enim tibi vide-
tur, seu disensire sententiam Corporis & Capitis,
ut quis Caput, id est Christus, celositer à peccato
liberas, eos Corpus Christi, id est Ecclesia, sub pae-
na peccati duci ligatos retineat. Quae quæstio facili
solvatur, si internus Iudicis animadversus, &
humanae fragilitatis consideratio diligenter attenda-
tur. Cum enim criminalis culpa delinquentem se-
paret à capite, & à corpore ratione ordo hoc exi-
git, ut internus Iudex tanto remittat celerius,
quanto solus magis vides interioris. Iudex vero qui
tantum videt in facie (quomodo tantum videt sacramentalis Iudex) siue addo delinquentes sub pec-
cati poena detinet, donec per manifestum penitentie
fructum, quæ sit penitentis affectus intelligat. Per
internum enim gemutus, sati fit interno Iudici; &
id induita datur ab eo peccati remissio, cui man-
ifesta est interna conversione. Ecclesia vero (sive
Ecclesia Minister) qui occulte cordis ignorat, non
solvit ligatum, nec suscitatum, nisi de monumen-
to elatum; id est publica, id est externa seu ad
sensum patente satisfactione purgatum. Hinc est
quod Ecclesia sua crimina confitentes à Sacra-
mentorum communione suspendit, & in cinere & ci-
licio positos, ab introitu Ecclesiarum statuo tempo-
re excludit, ut per hoc experientur. Si jam sunt intas
vivificati, cum fuerint longa maceratione probati.

Nec verum est quod nofer Carolus ab Assumptione ait: Ivonem ibi solum agere de exter-
no & ceremoniali, non de interno & sacramen-
tali Ecclesia judicio. Primo, quia agit de illa ipsa
peccati per Ecclesiam remissione, quam Christus,
qui videt interiori, eido concedit, dum inter-
nem dispositionem confipit. Quam remissio
nem dicit non tam citò concedi ab Ecclesia,
sive Ecclesia Ministero; quia solum videt in facie,
non in corde, ut Christus; idèque delinquen-
tes non absolvit, donec per externos penitentia
fructus, quæ sit penitentis affectus intelligat.

Secundò, quia notum est eruditis, verba ista:
Ecclesia, quia occulte cordis ignorat, non solvit
ligatum, nisi de monumento elatum: alludere ad
historiam Evangelicam resuscitationis Lazari, qua
ab omnibus paucis Patribus exponitur de absolu-
tione sacramentali.

Tertiò, verba quoque ista: ut per hoc experien-
tur, si jam sunt intas vivificati, &c. manifestè
alludent ad celebrem Gregorii Magni sententiam:
illo debemus per Pastorem autoritatem solvere,
quos Aarbare nostrum cognoscimus per suscep-
tum gratiam vivificare. Quæ à Theologis omni-
bus de sacramentali absolutione intelliguntur. Quam
lapsus in gravia criminis olim Ecclesia non conce-
debat, nisi satisfactione purgatis, eaque publica,
ii publica suissent criminis.

Quas quidem satisfactiones Calvinus & Melanchton dixerunt fuisse disciplinam, & rem pu-
ri politican. Sed hoc idè confinxerunt, quia
Penitentia Sacramentum, & sacramentales fa-
tisfactiones heretice sustulerunt. Caveant proin-
de Catholici veterum Patrum, de peccatorum
absolutione, satisfactione, & operibus, sententias
ad hereticorum ilorum sensum detorquere. Quod
an faciat Carolus ab Assumptione, aliorum esto
iudicium.

Post Ivonem Bernardus epist. 107. docet, ex
operibus, non ex verbis cognosci, an sumus filii
Dei, & an Filius Dei suscitarerit nos ab operibus
mortuis, ad opera vite. Quia non ex foliis, ne-
que ex floribus, sed ex fructu arbor bona mala-
vè cognoscitur. Denique à fruilibus corum (ait)
cognoscetis eos.

Post Bernardum S. Thomas Cantuariensem l. 3. 86
epist. 95. de penitentia loquens, sic ait: Sicut
Christus nunquam reprobat veram; sic semper ap-
pennata, & reprobat filian; utramque (per suos
in terris Vicarios) examinans ex contritione cor-
dis, & convincenti ab operibus suis. Nam arbor
ex fructu cognoscitur, & opera cujusque testimoni-
num perhibent de eo.

Pot Thoman Cantuariensem S. Thomas VII. 86
laevanus conc. 6. in Dom. 4. Advent. Samari-
tana aqua vita petit à Domino, dicens: „Do-
mine da mihi hanc aquam. Cui dicitur à Do-
mino: „Vade, voca virum tuum. Us quid
Domine, nonne si vir poterit recipere aquam
vita?... Nata mysterium... Cum peccator pli-
rat peccata, mulier venit ad patrem abolutionis;
penitentia sanatur. Sed non sufficit mulier, id est
contrito, fave dolor de prateritis. Adducat virum
constantem & robustum, id est proprieum firmam
ablinendi de cetero à peccatis, sine quo non porta-
bit aquam in hydria conscientiae sue. Sed, quoniam
multi sunt, qui responderi possunt, etiam dam
peccata lachrymantes. Dominus non habeo virum;
Ita enim est, nam adulterinum est illud
proprietum quod habent. Vir agnosceret quod prop-
rietum sit legitimum? Et quod adulterinum? Ex
vita cognoscendum dicit. Vide si est vir conser-
tie. Quod agnoscat in duabus. Nam primus vir
non est alteri nuptus. Secundus vir agit vitam con-
jugalem. Adulteri vir stupras & vadit. Si pro-
prietum est legitimum, nuptiam est conscientia, nam
quietat eam.... Si post confessionem fratres mutas-
propositum, & redi, crede tunc anima, hanc
habet, non est tunc vir. Non non egit vitam
longam cum uxore conscientia.

Et conc. 3. in Dom. 3. Quadrag. loquens de
iis qui leviter, facile & cito post confessionem
relabuntur: Licet (inquit) in confessione dicant,
quid vere proponunt, non credas.... Unde de bu-
ximoti confuso Confessoribus, ut mittant eis in
domos suas, & caminervarentur correlos & emes-
dos, tunc absolvant.... Pater Augustinus: pa-
nitent, quid agitis? quid prodest quid humili-
mini, si non immutamini? Ex his quæ dicta sunt,
colligo, quid tota vita, tota falsa nostra principi-
liter pendet ex correctione vite. Et conc. in ter-
8. post Dom. 4. Quadrag. Cum Ninive civi-
tatis excidium per Prophetam Dominus communi-
retur, sejnaverunt incole, planterunt, reguli
sunt sacris, in cinere sedent, cum lachrymai clae-
maverunt. Sed quid ait Scriptura? Et videt Deus
opera eorum, quid conversi sunt de via sua? ma-
na, & misericors est super malitiam, quam
locutus fuerat ut facaret eis, & non rogit. Non
ait: vidit gemutus, vidit lachrymata, vidit
Iacob, vidit cineres. Sed quid vidit? opera co-
rum, quid conversi sunt de via sua malâ. Si vi-
ta non deferuntur, sisfrâ Dei misericordia la-
chrymis implorabit.... O peccator, si vera plora-
veni foras: suge concupiscentiam, dimite laj-
viam, expelle mulierculam, solva catenam. Aliis
non credo lachrymam. Multò minus verbis solli-
prias ergo redit, & concubinam è domo pillars
pecuniam alienam reflitnat, contractus uirarum
rumpat, fianam proximi lasam, prout potest, re-
ficiat, mercenariorum labores, & panorum de-
bita solvat, offeso fratre reconcilietur, & veniam
petat. Et tunc ad Confessarium redeat, & deplo-
vatur. Hic rectus est ordo, hic in Lazari suscep-
tione à Domino servatus est. Hunc ordinum m-
transgrediari. O Medice!.... cur indigno ve-
niā promittis? Cur cui absolventis beneficium
exhibebas, non discernis, &c.? Audiat hac Carolus
ab Assumptione, audiant ali Juniores, & ta-
teantur sibi contrariam esse doctrinam Sanda-
rum.